



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XXXII. De Ordine Equitum B. Mariæ de Monte Carmelo, & S. Lazari, in  
Francia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

## CAP V T XXXII.

*De Ordine Equitum Beatæ Mariæ  
Monte Carmelo & sancti  
Lazari in Fran-  
cia.*

**O**RDO Equitum sancti Lazari olim celebris fuit in Terra sancta, vt & Templariorum, Ioannitarum, & Teutonicorum. Pro tessera gestabant crucem viridem.

Decursu temporis, vt fit, cùm ordinis Lazarini dignitas iaceret, Equites Rhodij (quicquid nunc Melitenses) ab Innocentio VIII. Papam impetrarunt an. 1490. vt dictus Ordo Equitum cum Rhodiensi vniaretur.


Tempore Henrici I V. Galliæ Regis Philibertus Nerestanus, vir militia clarus Romanus profectus, à Paulo V. Papa obtinuit ut nouus Ordo Equitum, titulo *S. Mariae Monte Carmelo, & S. Lazari*, institueretur in Gallia: & pro dote assignata sunt prædia Equitum olim Lazarinorum.

Nerestanus in his rebus Romæ procuratis usus est consilio, & opera Reuerendi Patris Petri à Matre Dei, Hispani, Carmelitz Discal-

Discalceati, qui Paulo V. tunc erat à sacris  
concionibus.

Gestant Equites isti Mariani crucem  
violaceam, cum effigie Beatæ Mariæ Virgi-  
nis.

Ceterum ordo Equitum Hospitalario-  
rum sancti Lazari Hierosolymitani, iam  
inde à multis retrò seculis tub re-  
gula sancti Augustini  
solet milita-  
re.



RI-